Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793796-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793796-p0002-1

10153

1768, 2.

MEMORIAM

# SILVERSTEINIAM

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XVIII. APRILIS HORA IX. RECOLENDAM

INDICVNT

TRIVM SVPERIORVM

FACVLTATVM DECANI

SENIORES ET RELIQVI ASSESSORES

---

RHAPSODIA

## *Quaeſtionum in foro quotidie obvenientium, neque tamen legibus deciſarum.*

## Collectio XIX.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

1768.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793796-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793796-p0004-2

## OBSRVATIO CCCIX.

### *Curator ſexus idem actricis, qui reae eſſe poteſt in eadem lite.*

Praeuaricatio aduocatorum eſt, non conſiliariorum, quamobrem teſte LYNKERO *Deciſ. 512.* Ienenſes ICti eundem hominem in eadem lite curatorem tam actricis, quam reae, cum admiſerint, his calculum addo.

## CCCX.

### *Fiſco addicuntur arma, ſi apud ruſticos reperiantur.*

Ruſticorum delictum proprium eſt, arma militaria habuiſſe, vnde ſi ſclopetum inueniatur in aedibus, iudex tollit, *II. F. 27. §. ſi quis ruſticus.* Nam ne domi quidem arma habere licet, vt GOTHOFREDVS in nota huius textus ſignificat, cum ait: *Armorum vſus ruſticis interdictus.* Adde nouellam 17. c. 17. ibique GOTHOFREDVM. Nempe arma confiſcantur et poſſeſſor inſuper in expenſas condemnatur. *Nouella 85. cap. 4. L. 1. ff. ad L. Iul. de vi public.* Praeterea cum ſaepe per bombardas negligentia hominum caſas anguſtas inhabitantium improuiſae caedes oriantur atque ruſtici iis ad defraudanda venationis iura vtantur, ſaepius et nuperrime Menſe Iunio 1767. Syndico Capituli Miſnenſis reſpondimus: *Und wird er hierüber, des mit dem Feuer-Rohre im Dorfe unternommenen höchſt unvorſichtigen Shieſſens halber, um 4 Neueſchok beſtrafet, immaſen er auch des gebrauchten Schieſsgewehrs für verluſtig zu achten, und iſt er ſolches bey 5. thlr. Strafe in die Gerichte einzuliefern verbunden.* In Luſatia Superiori per legem expreſſam, *das am 29. April 1765. ins Land ergangene Ober-Amts-Patent §. 8.* haec ſancita fuerunt: *Auch ſoll keine Büchſe oder Armbruſt noch ander Geſchoſs gemeinen und Bauersleuten zu haben und bey ſich zu führen geſtattet werden, vielmehr ſoll eine jede Herrſchaft auf dem Lande ihren Leuten und Unterthanen, daſs ſie alle Büchſen und Schieſsgewehr, woferne nicht deſsen Gebrauch denen Unterthanen aus beſondern Urſachen in gewiſsen ſpecial Fællen von der Herrſchaft und Obrigkeit erlaubet wære, binnen 14. Tagen nach Publication dieſes Ausſchreibens ab- und wegzuſchaffen, oder nach Verlauf ſolcher Zeit, und ſo oft hernach dergleichen bey ihnen angetroffen wird, der obrigkeitlichen Abnahme und Einziehung gewærtig ſeyn ſollen, nach-*

*drücklich anbefohlen, auch dieſen Befehl durch genaue Hausſuchung zur wirklichen Execution bringen.*

## CCCXI.

## *Mariti confeſſio acceptae dotis nihil probat, licet multis ante concurſum annis ſcripta videatur.*

Non vrgeo, quod ſupra *Obſ. LXXVI.* demonſtratum eſt, coniuges inter ſe teſtes omnino eſſe inhabiles, quia hac in quaeſtione maritus non tam teſtis vxoris, quam eius debitor videri poterat, ſed potius vtor auctoritate CARPZOVII *Conſt. 28. P. 1. Defin. 72 73. und 75.* ſecundum quam certiſſimum eſt, confeſſionem mariti ſolam nunquam locum facere ſuppletorio. Quam facile enim eſt, apocham iam imminente concurſu ſcribere litteris annos praeteritos et nuptiarum primos dies mentientibus? Quod quisque pro ſe ſcribit, ne quidem vnciam probationis facit. Nec mihi *Nouella 100. cap. 2.* obiiciatur de heredibus mariti agens, qui talem confeſſionem haud dubie agnoſcere debent. Nempe contra hos, vtpote mariti heredes, eius confeſſio plene probat, nihil autem contra creditores.

## CCCXII.

## *Iudaei aut Saraceni cum chriſtiana ſtuprum vix quatuor ſeptimanarum carcere punitur.*

Saepe fit, vt iuris conditores indecora cum iniuſtis confundant, quod in *L. 6. C. de Iudaeis* Imperatoribus Valentiniano, Theodoſio et Arcadio accidit, cum edicerent: *Ne quis Chriſtianam mulierem in matrimonium Iudaeus accipiat, neque Iudaeae Chriſtianus coniugium ſortiatur. Nam ſi quis aliquid huiusmodi admiſerit, adulterii vicem commiſſi huiusmodi crimen obtinebit.* Tametſi vero non de ſtupro, ſed contracto ſolenniter matrimonio, Imperatores loquantur, tamen lex ſatis abſurda eſt et ab ipſis Romano Catholicis, vtut nuptiae iis ſacramentum ſint, iamdudum deriſa, quam ſi defendere velimus, excuſandae ſtolididitatis non ſupereſt refugium aliud, niſi vt forte iis tantum, quibus ſcripta fuit, temporibus neceſſariam fuiſſe, fingamus. At temporarias leges, ſi ob quasdam ſaepe ignoratas cauſas quondam crudelius ſtatuere, neceſſarium fuit, iuris interpretes, ceſſante legis cauſa, emollire debent nec perpetuum putare, quod ratio fortuita, aut ſuperſtitio, aut philoſophia quaedam fatua peperit. Vnde

mirum

mirum profecto, inter Proteſtantes quosdam veteranos ita rationes ſubduxiſſe: Si matrimonium Iudaei cum Chriſtiana capite plectitur, conſequens eſt, vt merum inter eos ſtuprum proxima a capitali poena, nempe virgis, puniendum ſit. Pulchre. Quaſi in concubitu quis de religione cogitet? aut cultus polluatur? aut Iudaeus non aeque homo ſit, quam Chriſtianus? Turpior hic ſyllogiſmus quam Gloſſatorum veterum, qui, cum Matth. XV, 26. Chriſtus dixiſſet: *Non eſt pulchrum, vt quis liberis panem ſubtrahat et canibus obiiciat*, illi vero a theologis ſub verbo *canibus* infideles intelligi, didiciſſent, talem concubitum manifeſtam et palpabilem Sodomiam dixerunt, quaſi cum cane concubuiſſet, qui ſe Infideli miſcuit. Mihi contra, qui rationes non melius ſubducat, cani ſimilior. Vnde temperanda horribilis ſanctio, ne dum Deo placere cupimus, ei diſpliceamus. Non opus eſt ad refellendam rem nimis abſurdam ad LEYSERVM, qui poſt Chriſtianum Thomaſium, excuſſo praeconceptarum opinionum iugo, in multis ſapere perſeuerauit. Is vero Speciminis 581. Meditationem decimam ita inſcripſit: *Stuprum cum perſona non chriſtiana atrocius, quam alia ſtupra, non eſt.* Ego tamen, ne plane a ſemita decedam a maioribus trita, cum meminerim Collegium noſtrum ita reſpondiſſe, ſpero me gratiam apud ſuperſtitioſos initurum eſſe, ſi ſtatuam (ſed pudet fere ſtatuere) huiusmodi ſtuprum duplo durius, quam aliud, nempe quatuor ſeptimanarum carcere, puniendum.

## CCCXIII.

## *Qui imminente, nec tamen coorto, concurſu ſibi vigilauit, fruſtra actione Pauliana pulſatur.*

Soluere poteſt obaeratus debitor creditum prae caeteris vrgenti. Nam vnus quisque ſibi recte vigilat. *L. 6. §. 7. L. 10. §. 16. L. 24. ff. quae in fraud. cred.* Modo id ante ceſſionem bonorum fiat.

## CCCXIV.

## *Fere impoſſibilis probatio: ſollicitationibus importunis quem teſtari coactum fuiſſe.*

Titulus Pandectarum *ſi quis aliquem teſtari probibuerit vel coegerit*, quem ſcopulum aduocatorum vere dixeris, propter probationum difficultatem propemodum inanis; licet doctores plus, quam par eſt, liberaliter et contra receptas regulas heic teſtes auritos admittant,

tant, nempe tales, qui non ipſi coactionem viderint, ſed tantum fuſas a teſtatore de vi et importunis ſollicitationibus querelas audiuerint. CARPZ. *P.3. Conſt. 5. Defin. 12.* MENKE *Pandect. pag. 521.* LEYSER *Spec. 375. in Corol.* Ego, licet difficultati probationis aliquantiſper concedam, tamen, cum huiusmodi querelas ſaepe teſtatores fundere ſoleant, ad ſe excuſandum apud legitimos heredes, tales teſtatoris lamentationes per duos teſtes probatas, plenam probationem nunquam, ſed tantum probabilitatem aliquam putabo, iureiurando purgatorio elidendam. Nam ad ſuppletorium vix deuenietur. LEYSER *Spec.375. Med.34.* Ipſum autem purgatorium ſuper certis factis, non autem verbis generalibus, concipiendum eſt. *Vide ſupra Obſ. CCLXXII.* Iuſtitiario cuidam Ducatus Vinarienſis Menſe Ianuario 1768. hoc modo reſpondimus: *Obwohl die gehabte Furcht, ſowohl als das meiſt in Geheim ſich zutragende ungeſtüme Anhalten und unabläſsliche Bitten dererjenigen, ſo auf ſolche Art ein Vermächtniſs erſchleichen, ſich ſchwerlich erweiſen läſſet, alſo die Meynung einiger Rechtsgelehrten, ſo in dergleichen Fällen auf Ausſagen derer Zeugen, welche das ungeſtüme Anhalten nicht ſelbſt mit Augen geſehen, ſondern nur von dem Verſtorbenen darüber klagen hören, einiges Abſehen richten, nicht gänzlich zu verwerfen: auch ohne alle Ausnahme, daſs die unabläſslich anhaltenden Bitten und das Zudringen gerade eben zu der Zeit, da ein Sterbender auf dem Krankenbette lieget, geſchehen müſſen, ſich nicht behaupten läſſet, indem die vorher erregte Furcht für mehrern Zudringlichkeiten wohl bis auf die Zeit des errichteten Teſtaments fortdauren kan, ſodann alte und unbehülfliche Perſonen, die einmal errichteten Stiftungen zu widerrufen, ſich theils nicht unterfangen, theils aber auch es ihnen hierinnen an hinlænglicher Rechtswiſſenſchaft, öfters aber auch an Gelegenheit dergleichen zu thun, ermangelt; wannenhero daraus, daſs die Verſtorbene Marie Gerthin nach errichteten Teſtamente noch Jahr und Tag gelebet, gleichwohl aber ihren Willen nicht hinterzogen und abgeändert habe, ſich ein ſicherer Schluſs, daſs ſie ſolch Teſtament freywillig geordnet, ſo ſchlechterdings nicht folgern läſſet, und dann verſchiedene glaubwürdige Zeugen verſichern, daſs die verſtorbene Marie Gerthin, ſich gegen viele Leute gar öfters und faſt alle Kirchtage beklaget: die Riedele lieſſen ihr weder Tag noch Nacht Ruhe, indem ſelbige ſie beſtändig marterten und quæleten, daſs ſie ihnen etwas vermachen ſolte, ſie habe keine Ruhe vor ihnen in ihrem Alter, wobey ſie ſich gegen den einen Zeugen beſonders des Ausdrukes bedienet: Das*

*Bettel-*

Bettelzeug läſt mir gar nicht vom Halſe, wie denn ferner eben dieſer Zeuge,
daſs ſie ſolche Klagen vor und nach dem Teſtamente bis zu ihrem Tode
10. Jahre lang geführet habe, ſich herauslæſſet, und auf Befragen: wor-
innen dieſe Marter und Qual beſtanden: durch gute und böſe Worte,
auch unaufhörliches Anhalten, wie ihm die Verſtorbene erzehlet
habe, zur Antwort ertheilet, folglich, daſs ein ſolcher durch zudringen-
de Bitten erſchlichener lezter Wille nicht beſtehen könne, mit vielen Schei-
ne Rechtens zu behaupten ſtünde, oder allenfals daſs Beklagtem annoch ein
Reinigungs Eid: daſs die Verſtorbene nicht Tag und Nacht dergeſtalt
gemartert und gequælet worden, daſs ſie ihren freyen Willen nicht ge-
habt, nachgelaſſen werden müſſe, es das Anſehen gewinnet: Dennoch aber
und dieweil man nicht auf der verſtorbenen Gerthin eigenes Urtheil,
was ungeſtüme Bitten ſind? es beruhen laſſen kan, ſondern blos dem Rich-
ter, aus denen ihm angezeigten beſondern Thathandlungen: ob freyer Wille,
oder Betrug und Zwang vorgefallen? zu ermeſsen nachgelaſſen; der von
der Verſtorbenen gegen die Zeugen gebrauchte Ausdruk aber: ſie ſey ge-
martert und gequælet worden, ſehr ſchwankend und unbeſtimmet, wan-
nenhero bey dem Beweiſe ſchlechterdings beſondere Umſtænde, auf was
Art und Weiſe ſie, nach ihrem Ausdruke, gemartert und gequælet wor-
den? angeführet werden ſollen, da bekant, daſs bloſe Zuredungen auch
öftere Bitten der Gültigkeit eines Teſtaments nichts benehmen, ſondern
allermeiſt nur diejenigen Ueberredungen, ſo aus falſchen und erdichteten
Gründen geſchehen, alſo eine arge Liſt zugleich in ſich faſſen, ſchädlich;
ſintemalen derjenige, ſo durch bloſes, obwohl unaufhörliches, Bitten ſich
bewegen läſset, nicht einen gezwungenen, ſondern allerdings freyen
Willen hat; überhaupt zwiſchen Bedrohungen und Bitten, davon erſtere
in Rechten mehr, als leztere, verhaſt, ſich einiger Unterſchied äuſert:
Sodann wenn auch nach vieler Rechtsgelehrten Meynung die Zeugen, ſo
das ungeſtüme Anhalten nicht ſelbſt geſehen, ſondern es nur von der Ver-
ſtorbenen gehöret haben, geſtalten Sachen nach nicht gauz verwerflich, doch
ihre Ausſage für die Wahrheit ſelbſt keinesweges, ſondern nur alſo an-
zunehmen, daſs ſie wider Beklagten eine wiedrige Vermuthung machen,
alſo ein bloſs durch ſolche Zeugen unternommener Beweiſs für verfüh-
ret ſchwerlich zu achten, zumal da im gegenwärtigen Falle zwar mehr
als zwene Zeugen, jedoch nicht ſolche vorhanden, die zu einer Zeit und
an eben dem Orte der Verſtorbenen Klagen zugleich gehöret; teſtes ſin-
gulares aber keinen völligen Beweiſs ausmachen, gleichwohl aber der Eyd

dahin;

*dahin: daſs die Verſtorbene nicht ſey gemartert und gequælet worden, wegen alzu unbeſtimten Ausdrukes, und da die Schwörenden ſich beynahe die Auslegung nach eigenen Gefallen machen könten, nicht wohl abzufaſſen, alſo die ſtreidigen Vermächtniſſe für beſtändig um ſo vielmehr zu achten, da die Verſtorbene als ſie ihr Teſtament in Gerichten niedergeleget, ohne die Riedele allein erſchienen, und ſelbigen 50. thlr. ohne einmal, daſs ſolches auf deren Bitten geſchehen, dabey zu erwehnen, ausgeſezet;* etc.

## CCCXV.

## *Documenti iudicialis copia, ab ipſo iudice, coram quo negotium geſtum eſt, facta authenticae aequiparatur.*

Si notarius aut alius iudex alterius iudicis regiſtraturas vidimauerit, talis copia non habet vim authenticae, ſed pronunciatur, *daſs Beklagter mit deſſen Anerkentniſſe zu verſchonen.* Ipſius tamen iudicis, apud quem res geſta eſt, ex Protocollo factae copiae plena fides habetur et vſus reſeruatur, vti de regiſtraturae, quae *Lehnſchein* dicitur, facta a Secretario Feodali copia demonſtrauit MENKE *ad Proceſſ. tit. 24. ſ. 9.* et CARPZOV. *Proc. tit. 14. art. 2. num. 52.*

## CCCXVI.

## *Puellae ſtupro pollutae titulus Fræulein ſeu Jungfer non detrahendus?*

Verbum *Fræulein* ſiue *Jungfrau* duplicis ſignificatus; mox enim praedicatum honoris eſt et *Domicellam* ſiue heram minorem denotat, mox autem foeminam virum non expertam, cuiuscunque illa conditionis fuerit. Hoc ſenſu non ciuili ſed, vt ita dicam, phyſico, (qui quidem pariter quodammodo honorificus nec tamen praedicatum ſtatus eſt) verbum *Jungfer* accipitur in proclamatione nubentium eccleſiaſtica et benedictione ſacerdotali, vbi omnes etiam viliſſimae ex plebe mendicantium, carnificum, lictorumque filiae ita proclamantur; quod fieri non poſſet, ſi in altero ciuilis dignitatis ſenſu eccleſia hoc acciperet. De hac verbi phyſica ſignificatione et coronae virginalis honoribus iam non loquimur, ſed potius de iniuria, ſi quis puellae honeſtioris conditionis ſed defloratae titulum *Jungfer*, qui in conuerſatione et vita quotidiana, non tam ad illibatam virginitatem, quam ad ſtatum ciuilem ſiue honeſtiorem conditionem ſolet referri, non tribuat. Is vero iniuriarum con-

condemnabitur. Nemini hoc mirum, niſi ambiguitate verbi improuide ſeducto, quae in noſtra Germanica lingua, non autem in latina, aliaue ab hac deſcendente accidere poteſt. Nam caeteris populis alia virgo, alia domicella; ſed in Germanica lingua rem vtramque verbum exprimit vnum. Talis homonymia parum attendos facile confundit, quando ita argumentantur: Deſlorata non eſt virgo; Virgo eadem quae domicella, Ergo deflorata non eſt domicella. Manifeſtum ſophiſma. Sed non raro iuriſconſulti rationes tam belle et eleganter ſubducere conſueuerunt. Nam ſi ſimile quaeras, ecce: Infideli non eſt ſeruanda fides: Turcae ſunt Infideles, Ergo his nulla ſeruanda fides. Nempe fallacia in eo, quod infidelis illic pro infido, qui primus fidem fefellit, hic pro homine non Chriſtiano ponitur. Omnem, quae ſupereſſe poſſit, de hac quaeſtione dubitationem remouebunt rationes ſententiae a noſtra Facultate Iuridica Menſe Februario 1768. ad Praefectum Arnſaugienſem perlatae: *Obwohl Beklagter in ſeinem fol. 184. befindlichen Schreiben Klægerin den Vorwurf machet, daſs ſie ein uneheliches Kind zur Welt gebohren, und daher, daſs ihr der Ehren-Nahme eines Fræuleins beygeleget worden, übel empſindet.* Dennoch aber und dieweil *ein unehelicher Beyſchlaf niemanden ehrlos machet, weniger eine Standes-Verminderung bewirket, mithin Klægerin allerdings Genugthuung zu verlangen berechtiget, daſs Beklagter wegen der, noch darzu unerwieſenen, Beſchuldigung ein ihrem Herkommen und adelicher Geburth gemæſes Beywort derſelben entziehet, ſintemalen wenn auch die Sache ſich angegebener Maaſen verhielte, nichts deſtoweniger, Inhalts des fünften Artikels im erſten Buche des Sæchſiſchen Landrechtes, ſie zwar die weibliche Ehre durch ſolchen Fehltritt gekrænket, nicht aber ihren Stand verringert haben würde, da das Beywort* Fræulein *ein Zeichen des Adels, nicht aber des unbeflekten ledigen Standes iſt, ohne zu gedenken, daſs bey ausgeſtoſsenen Schimpfreden die Ausflucht: es beſtehe das Vorgeworfene in der Wahrheit, niemals befreyet, ſondern der böſsliche Wille jemanden hierdurch zu beleidigen, eine rechtliche Ahndung allerdings verdienet.* etc. Conferatur cum hiſce noſtra ſuperior Obſeruatio CCCLXXXVIII. et Obſ. CCXI. ſ. v. Meretrix et Obſ. CCCLIX. nec non OELRICHSII Schediaſma hoc titulo inſcriptum: *Daſs eine geſchwæchte Jungfer keine Hure und Jungfer-Kinder keine Hurkinder,* Stettini 1766. 4to editum. Sane filiae nobili ſtuprum paſſae dos ex feodo ſoluenda. CARPZ. *P. 4. Conſtit. 21. defin. 9.* LYNKER. *Deciſ. 504.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793796-p0011-1

## CCCXVII.

## *In contractibus ex duobus mixtis potior praeualet; adeoque non duplex nec bipartitus, ſed vnus contractus eſt. Nempe minus principalis naturam contractus potentioris induit.*

Si partim res partim pretium pro re mea detur, a maiore parte eius, quod datum eſt, vel emtionem, vel permutationem dixeris. *L. 6. C. de pact. int. emt. et vend.* Si vero ex aequalibus partibus res et pecunia data, diſpiciendum, quid ab initio actum ſit. *arg. L. 6. §. 1. ff. de act. emt.* Ita in reliquis omnibus contractibus, vt Reſponſum docet Menſe Ianuario 1767. a collegio datum: *Ob ihr wohl eurem Ehemanne das Pferdner Guth faſt zweyhundert Thaler zu wohlfeil überlaſſen, weil nichts ſeltenes, daſs Eheleute einander, oder auch Eltern ihren Kindern, aus Liebe und guter Meynung, ihre Güther um einen geringen Werth zu verkaufen pflegen, wannenhero ihr vermeynet, daſs, wenn ſolches geſchehe, ein aus zweenen vermiſcheter Contract entſtehe, und der mit euren Ehemanne getroffene Handel zum Theil ein Kauf, zum Theil eine Schenkung ſey, Schenkungen aber unter Ehegatten allermeiſt hintergezogen werden könten.* Dennoch aber und dieweil, *daſs ihr durch den mit eurem Ehemanne volzogenen Kauf unter die Helfte verlezet worden, von euch nicht angeführet wird, und wenn ein Contract aus zweenen zuſammen geſezet, er nach Art und Eigenſchaft des vornehmſten und hauptſæchlichſten betrachtet werden muſs, alſo wenn ihr auch aus ehelicher Zuneigung dem Manne das Guth etwas wohlfeiler gelaſſen, es doch allemal ein Kauf und keine Schenkung bleibet, folglich was die Rechte von denen unter Eheleuten volzogenen Freygebigkeiten verordnen, anhero nicht zu ziehen.*

## CCCXVIII.

## *In locatione taxa inuentario adſcribitur non venditionis ſed aeſtimationis gratia.*

*Attamen durante locatione conductori res quasdam vendere licet, modo finita locatione alia corpora venditis ſubſtituat.*

Omnem

Omnem de hac re difficultatem parit obſcuritas locutionis, quid ſit, venditionis cauſa aeſtimationem adſcribere? Nempe venditionis cauſa aeſtimationem addere, non eſt aliud, niſi accipienti poteſtatem dare, vt loco rei pretium reſtituat. Nos tempore belli, cum monetae diuerſitas multas lites pareret, ita reſpondimus: *Iſt bey der im Jahr 1752. beſchehenen Uebernahme des Pachtes das Inventarium nach denen zu derſelben Zeit gangbar geweſenen Münz Sorten gewürdert übergeben worden; Nachdem nun bey herannahender Endigung deſſelben der Pachter das annoch vorhandene Vieh, weil ſolches anjezo theuer verkaufet werden kan, ins Geld ſezen, dem Verpachter aber dafür den in dem Inventario beſtimten Preiſs, allenfals auch in guten Geld Sorten, darzubiethen ſich unterfangen möchte; ſo iſt: Ob nach geendigtem Pachte, der Pachter alles Vieh mitnehmen, und ſtat deſſen dem Eigenthümer den in Inventario geſezten Werth aufzudringen befugt ſey? zu wiſſen vonnöthen.* Ob nun wohl, *wenn die Inventarien Stüke gewürdert übergeben, rechtliche Muthmaſſung erwæchſet, als wenn ſolches* venditionis cauſa *und inſonderheit deswegen geſchehen ſey, daſs der Pachter eben dadurch das Eigenthum daran erlangen ſolle; folglich ihm, als dem Schuldner, die Wahl zuſtehe, ob er ſolche wirklich, wie ſie ſind, oder aber deren beſtimten Werth entrichten wolle? wie denn die meiſten Rechtsgelehrten, daſs, wenn es zweifelhaft, die Würderung nicht ſowohl bloſer Nachricht halber, als vielmehr gleichſam einen Verkauf anzudeuten, geſchehen ſey, nach Maasgebung* L. 10. pr. D. de iure dotium. L. 5. et 10. C. eod. BERGER Oecon. iur. lib. 1. tit. 3. Th. 10. not. 15. *behaupten, wie denn ſolches nicht allein bey dem* fundo dotali, *ſondern auch bey Pacht-Anſchlægen,* L. 54. §. vlt. D. locat. *alſo verordnet, wannenhero daſs eine ſolche Würderung* ex corpore quantitatem faciat, *aus wahrſcheinlichen und von denen Geſezen ſelbſt abgeleiteten Rechtsgründen herzuflieſſen ſcheinet; wie denn, da die Gefahr einzelner Inventarien Stüken über den Pachter gehet, nicht zu leugnen, daſs er in ſo weit gewiſſermaaſen davon wahrer Eigenthümer ſey.* Dennoch aber und dieweil *bey einem verpachteten Rittergutbe die Sache ſich eben ſo, als wie bey einer vermiethenden Heerde verhælt, bey welcher der Pachter zwar den Schaden von einzelnen Stüken, nicht aber der ganzen Heerde zu tragen hat, folglich auch derſelbe einzelne Schafe, nicht aber die ganze Heerde verkaufen darf, immaſen er nach geendigter Pachtzeit ſo viel Hæupter, als er erhalten hat, in gleicher Güthe dem Verpachter ausantworten muſs, und bey Endigung des Pachtes,*

 *leztern*

*leztern nur als denn, wenn ausdrüklich, daſs dem Pachter entweder die Inventarien Stüken oder dafür ein gewiſſes Geld zu erſtatten frey ſtehen ſolle, feſtgeſtellet, (welches aber ungewöhnlich und gar ſelten vorfællet) ſelbiger an die Stelle der ermangelnden Stüken Geld zu geben befugt, welches auch der in einem ſolchen Fundbuche beygeſezte Preiſs, wo nicht ausdrüklich die im Pachtbriefe vorkommende Worte ein anderes mit ſich bringen, keinesweges zu erkennen giebet,* LAUTERBACH. Compend. Tit. de aeſtimator. act. MENKE Pand. lib. 19. Tit. 3. §. 2. p. 335. CARPZ. lib. 1. Reſp. 106. Num. 11. *anerwogen der Wille und die Meynung eine Sache zu veræuſern, nicht leicht vermuthet wird,* L. 80. §. fin. D. de contrah. emt. *auch die Erfahrung lehret, daſs ſolche Würderung hauptſæchlich deswegen zu geſchehen pflege, damit (weil nach Beſchaffenheit des Viehes, wornach es alt oder jung, auch wohl oder übel gewartet iſt, ein groſser Unterſchied obwaltet) beyde Theile aus ſolcher beygeſezter Würderung zu beurtheilen in Stande, ob die bey Endſchaft der Pachtes zurükgegebenen Stüken, denen bey Antrit des Pachtes in Empfang genommen, der Güte nach gleich ſind, oder nicht? und der Verpachter keine ſchlechtere oder geringere Stüken dagegen erhalten möge, (wie denn im Gegentheile dem Abepachter, wenn das Vieh bey Endigung des Pachtes in beſſern Umſtænden, als zur Zeit der Uebergabe ſich befinden, ſolche Vermehr- und Beſſerung ihm ebenermaſen zu gute gehet) mithin dem Pachter oblieget, bey Endigung des Pachtes die Stüken, ſo er empfangen, an Sempronen zu erſtatten; woraus ferner, daſs der Pachter jenem wider Willen etwas für was anders aufzudringen und an die Stelle der Sachen deren Werth darzubieten nicht berechtiget ſey, ſich alſofort ergiebet; allenfals aber, und wenn der Verpachter mit dem in Anſchlage beſtimten Werthe des Viehes ſich begnügen laſſen wolte, er nur gedachten Werth nach Gehalte des Geldes, wie es zur Zeit des getroffenen Contracts gangbar geweſen, zu verlangen wohl befugt, nicht aber in geringhaltigen Münz Sorten anzunehmen ſchuldig: So iſt der Pachter bey Endigung des Pachtes dem Verpachter alle Inventarien Stüken, dem Körper und der Zahl nach, zu überliefern ſchuldig; welche ſæmtlich zu würdern, alsdenn aber diejenige zur Zeit der Rükgabe nach geringhaltigem Gelde etwa ausfallende Taxe, durch verpflichtete Mækler auf ſolche Münze, wie ſie zur Zeit des Pacht-Antrits üblich geweſen, zu vergleichen, und nach ſolcher beſchehenen Ausgleichung, ob der Pachter den Verpachter oder dieſer jenem etwas heraus zu geben ſchuldig ſey? lediglich*

*zu beſtimmen.* Nempe conductor non quidem totius inuentarii, attamen rerum ſingularium, ita tamen vt easdem in genere reſtituat, ſit dominus, vnde etiam damnum ſentit inſtrumento fundi ab hoſtibus illatum.

## CCCXIX.

## *Transactio ob laeſionem enormem non reſcinditur iure ciuili. Sed iure Saxonico etiam iudicialis, modo non ſit iureiurando munita, infirmatur.*

Transactio, cum rei iudicatae aequiparetur et ſuper re dubia ineatur, nec extraiudicialis nec iudicialis iure ciuili ob laeſionem enormiſſimam reſcinditur. MENKE *Pand. lib. 2. tit. 2. ſſ. 12.* BERGER. *P. 1. Reſp. 101. num. 3.* VINNIVS *Select. Quaeſt. lib. 1. cap. vlt.* niſi dolus ei cauſam dederit vel metus; ſed reſcinditur ob talem laeſionem iure Saxonico etiam iudicialis, quia iudicis confirmatio nihil dat noui. *cap. 1. X. de confirm. L. 28. §. 5. ff. de liberat. legat.* Si tamen iuratum ſit, praefertur religio laeſioni, ac ne in Saxonia quidem tunc ob ſacramenti reuerentiam reſcinditur. *Conſt. Elect. 34. et 35. P. 2.*

## CCCXX.

## *Suſtinetur a matre facta pupillaris ſubſtitutio in vim fideicommiſſi.*

Etiam matris ſubſtitutio pupillaris valet, ſi clauſula codicillaris adiecta fuerit, in vim fideicommiſſi. *L. 76. ff. ad SCt. Trebell.* ibique BRVNNEMAN, BERGER. *Oec. Iur. lib. 2. tit. 4. th. 18. num. 7.* WERNHER. *Tom. 3. Obſ. 80.* Hoc diſcrimine tamen, vt pater a matre praeteritus, poſt mortem filii pupilli, detrahat et legitimam et Trebellianicam, niſi hanc poſteriorem mater detrahi vetuerit. Quod autem STRYKIVS *in Vſu Moderno lib. 28. tit. 6. §. 6.* addit, poſſe matrem tantum de ſuis, non filii bonis, diſponere, neſcio an verum ſit? quoniam pupillus agnita ſemel matris voluntate, tanquam heres, ei contrauenire non poteſt, itaque mater de liberorum bonis, licet alienis, eo modo diſponet, quo coniugum vnus in teſtamento reciproco ſuper bonis etiam alterius coniugis recte fideicommitit. *Vide Obſeruationem ſuperiorem CLXVI.*

## CCCXXI.

### *Superior iudex ſine requiſitione plerumque immediate citat.*

Praefectus ſubditos nobilium amtſaſſicorum citat per requiſitoriales. Excepto, ſi ipſe cauſae cognitionem habeat v. c. in inſtantia appellationis, tunc immediate citat. Item ſi praefectus altam, nobilis autem quidam, etiam non amtſaſſicus, inferiorem iurisdictionem habeat, in cauſis criminalibus delinquentem immediate citat. *arg. L. 2. ff. de iurisd.* MOLLER. *in Repertorio Carpzoviano pag. 177. ſeq.* MENKE *ad Proceſſ. diſp. 4. tit. 4.* §. 2. Quod autem executionem ob ſumtus inquiſitionis attinet, eam iudex altam iurisdictionem exercens ne quidem in mobilia, non requiſito iudice inferiore, peragere debet. WERNHER. *Tom. 3. pag. 259. Obſ. 377.* CARPZ. *lib. 1. Reſp. 50. num. 10. 11. ſeq.* At Curiae Prouinciales ſemper immediate citationes inſinuant, imo et Commiſſarii ab ipſis conſtituti, MENKE *ibid.* ſi modo, quae in Ordinatione Proceſſus Recognita ad titulum 1. §. 9. praeſcripta ſunt, non negligantur. Item Cameram Imperii in principum territoriis immediate citationes inſinuare nouimus.

## CCCXXII.

### *Donatio mortis cauſa non acceptata valet in vim fideicommiſſi.*

Licet ſolennia actui praeſcripta, quem agens ſuſcipere voluit, ſeruanda ſint, et ſic qui teſtari voluerit, non praeſumatur voluiſſe codicillare, *L. 1. ff. de iure codicill.* quoniam codicillaris clauſula non datur tacita, tamen vt morientium voluntates exitum qualemcunque habeant, in L. 77. §. 26. ff. de legat. 2. PAPINIANVS: *Donationis praediorum epiſtolam, ignorante filio, mater in aede ſacra verbis fideicommiſſi non ſubnixam depoſuit et litteras tales ad aedituum miſit:* Inſtrumentum voluntatis meae poſt mortem meam filio meo tradi volo, *cum pluribus heredibus inteſtato diem ſuum obiſſet, intelligi fideicommiſſum filio relictum, reſpondi.* Nempe cum donare idem ſit, quod legare et ipſum Legatum per donationem definiatur, poſſumus donationes mortis cauſa per omnia legatis, adeoque et fideicommiſſis, aequi-

aequiparare, vt ſi quinque teſtibus ſubnixae ſint, valeant etiam non acceptatae.

CCCXXIII.

*Vel vnus opificii magiſter ius prohibendi ſuo nomine exercere et contra turbatores agere poteſt.*

*Opifices ſui opificii merces poſſunt emere vt vendant, adeoque mercaturam in his rebus limitatam exercent.*

Ita in Collegio Iuriſconſultorum Lipſienſium non ſolum Menſe Martio 1763. ſed etiam antea ſaepius iudicatum. Quod iam in manu eſt, reſponſum ita ſe habet: *Dieweil denen Handwerkern diejenigen Wahren, ſo ſie ſelbſt verfertigen, nach Art derer Kaufleute in einer Bude oder offenen Laden feil zu haben, ſowohl die Mærkte und Meſſen zu beſuchen, frey ſtehet, auch jeglichem Meiſter einem andern, oder auch mehreren von eben dem Handwerke, Arbeit zu geben, mithin auch, was ſelbige gefertiget, zu verkaufen billig nachgelaſſen, alſo dem Herkommen gemæſs die Kramer ihnen dergleichen bloſs auf ſolche Handwerkswahre eingeſchrenkten Handel zu verwehren, ordentlicher Weiſe und ſo lange ſie nicht ein beſonderes Verbiethungs Recht anzuführen im Stande, ſo wenig befugt, als umgekehrten Fals die Innungen derer Handwerker den Handel mit ihren Wahren denen Kaufleuten zu unterſagen berechtiget. etc.*

Haec inter nos cui ſtilus commiſſus ſuo more propoſuit, ne plane argumento vacua appareret indictio trium declamationum, quas in honorem viri Perilluſtris, cuius nunquam apud nos intermorietur memoria, Domini RVDOLPHI FERDINANDI LIBERI BARONIS DE SILVERSTEIN ET PILNIKAV, die Rudolphi, qui proximus lunae Hora IX. in Auditorio Petrino, habituri ſunt Alumni eius, quos legatum ab eo Stipendium exhilarauit, quorum primus theologiae ſtudioſus

IOHAN-

IOHANNES GEORGIVS RICHTER

SILESIVS

*neminem propter paupertatem a ſtudiis arcendum eſſe*

declarabit, ſecundus iurisprudentiae cultor

IOHANNES GODOFREDVS MVLLER

LVSATVS

*de Germaniae per religionem chriſtianam mutata facie,*

tertius denique arti medicae addictus

IOHANNES GOTLIEB BIDERMANNVS

MISNICVS

*de iuſto pretio experimentis in medicina ſtatuendo*

admodum breuiter, vt admoniti promiſerunt, ediſſerent. Nos vero RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM ILLVSTRISSIMOS COMITES CAETEROSQVE HVIVS VNIVERSITATIS OPTIMATES, NEC NON GENEROSISSIMOS NOBILISSIMOSQVE COMMILITONES officioſe et peramanter rogamus, vt dicturis fauere, ſuaque praeſentia diem conſecratum patrono de Muſis noſtris liberaliter promerito, nunc inter coelites ter beato, celerabre velint.

Dabamus Lipſiae die XV. Aprilis MDCCLXVIII.

ULB Halle 3
005 880 491

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793796-p0019-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793796-p0020-0

1768, 2.

ORIAM

# STEINIAM

ORIO PETRINO

HORA IX. RECOLENDAM

DICVNT

VPERIORVM

TVM DECANI

RELIQVI ASSESSORES

---

PSODIA

*quotidie obvenientium, neque*
*gibus deciſarum.*

ctio XIX.

---

PSIAE
NA LANGENHEMIA.
768.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793796-p0021-6